



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Eliseus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Ubi restituendum. n. 448.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

jam absumptum poterat amplius decrescere domino, imo nulli: Ergo obligatio illa semel contracta manet etiam in tertio tempore dimi-
nui valoris.

Si Clepsius consumpsit tritici unum tertio tempore, quo valebat duos aureos, & Tremulus distracturus fuisset in primo tempore valoris tritici aureorum, ille tenetur huic restituere tres reos sive pretium primi temporis. Ratio: Quia plus illi non nocuit, siquidem illud non fuerat servaturus ad tempus medium valoris majoris. At ais: Medio tempore tritici valor crevit: Ergo domino crevit. Contra: At jam tertio tempore pretium rursus decrevit: Ergo domino decrevit: Itaque fur solum obligatur ad damnum illatum, quod est pretium primi temporis. 446.

Si denique Tremulus consumpsisset aut distraxisset triticum tertio tempore, quo illud assumpsit Clepsius, is solummodo restituere debet duos aureos. Ratio: Quia pro tempore precedenti nullum passus est damnum Tremulus; pro tempore autem presenti reddi rem quanti valet: Igitur &c. 447

Ubi.

CONFRENTIA XXXII.

Habens bona fide alienum equum, vestem aut aliam rem: Hos aliter us ad iterum praesepit 448
confugit: hospes tuus natus aut s. re-
nam

T 2

nam

nam in tuo diversorio reliquit &c. Postquam cognoscit ea esse aliena, in quo loco restituenda sunt, Dominine, an tuo?

RESOLUTIO : Quando res est restituenda ex titulo rei acceptæ tantum, id est, à possessore bonæ fidei; sufficit eam reddere in loco in quo tunc temporis possidetur, quo cognoscitur esse aliena, nec debet mitti ad locum peregrinum cum expensis possessoris. Ita *Molina Disp. 752. Less. 1. 2: cap. 14. dub. 8. & Comm.*

Ratio est facilis : Quia possessor bonæ fidei non tenetur subire vel pati damnum absque sua culpa; Sed hic pateretur damnum absque sua culpa, si nim. suis expensis teneretur rem domino mittere ad locum distantem: Igitur &c.

CONFERENTIA XXXIII.

449. At dominus ignoratur, vel ita absens est, ut conveniri non possit, aut certè non sine majori sumptu, quam res ipsa valeat, quid tunc faciendum? &c. Si quidem superstit spes dominum aliquando conveniendi, res eousque servanda erit: Si servari nequeat alienanda vel absumenda, ac pretium postea domino restituendum: cessante omni spe dominum conveniendi detur ejus confanguineis, si qui adsunt, aut pauperibus juxta tutiorem sententiam: at denique juxta probabilem poterit eam sibi servare possessor bonæ fidei; quia tunc res comparatur debito incerto, seu rei ignoti domini.

CON